



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

152. Utrum, si quis furetur propter fornicationem, teneatur hanc circunstantiam finis explicare in confessione, vel sufficiat dicere furatus sum; & postea per alium actum dicere, habui intentionem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

ab eo peccato, ad quod vitandum requirebatur, fesus est in his casibus, in quibus tale præceptum obligaret. Sed hoc accidit in calo nostro. Ergo. Et certe si opinio Sancij esset amplectanda, multi ex illa scrupuli orientur.

RESOL. CXLIX.

An qui plures vovit, vel plures iuravit facere aliquam rem, frangatque votum, seu iuramentum, tenetur hoc in confessione aperire?

Ex quo infertur, quod qui per diversos Sanctos, & formas iurandi iuret, aut voveat, vnum tantum votum, aut iuramentum efficeret, id est hanc circumstantiam tanquam aggrauantem non tenetur in confessione aperire; sicut etiam testis, qui simul rogatur de multis articulis sub uno iuramento, & in omnibus mentitur, vnum tantum peccatum committit, & non tenetur hoc in confessione aperire? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 89. alias 90.

§. 1. *R*espondeo negatiuè cum Fagundez *præc. 2. lib. 3. cap. 5. num. 7.* vbi sic afferit: Quoties plura præcepta, vel plura vota, aut plura iuramenta de eadem re dantur, verbi gratia, de ieiunio, de audiendo sacro in eodem die, vnum tantum peccatum committit, qui eadem vota frangit, vel præcepta, vel iuramenta, grauius quidem, quam si vnum tantum præceptum, vel votum, vel iuramentum frangeret. Ratio est, quia omnia vota, vel præcepta, vel iuramenta sunt vincula eiusdem speciei, & relinquunt peccatum in eadem specie. Ita Fagundez, qui citat Caetenam, & D. Antoninum. An vero dicta circumstantia sit in confessione aperienda? Respondet negatiuè, quia, ut alibi fatis probatum est, ego puto circumstantias notabiliter aggrauantes, non esse necessariò in confessione explicandas; igitur in dictis casibus sufficit, ut penitentis dicat, Totes non ieiunauit, vel non audierunt sacram.

§. 2. *Ex his etiam infertur, quod qui per diversos Sanctos, & formas iurandi iuret, aut voveat, vnum tantum iuramentum, aut votum efficeret. Et ita docet Henriquez *lib. 2. de Pœnir. cap. 5. num. 6.* cum aliis. Et ego puto hanc circumstantiam tanquam aggrauantem non esse in confessione aperiendam, sicut etiam testis, qui simul rogatur de multis articulis sub uno iuramento, & in omnibus mentitur, puto vnum tantum peccatum committere nec teneri hoc in confessione aperire.*

RESOL. CL.

An testis, qui simul rogatur de pluribus rebus, & articulis sub iuramento, & in omnibus mentitur, tenetur hanc circumstantiam in confessione aperire?

Et quid, quando quis multiplicat excrerationes, & iuramenta per Deum, & per Sanctos super eadem re? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 40.

§. 1. *R*espondeo negatiuè: quia est vnum peccatum, vt recte obliterat Henriquez *lib. 5. cap. 5. num. 6. in Glossa, litt. F.* qui citat Archidiacorum, & Sarmientum, qui etiam in *litt. H.* addit, & optimè, hoc etiam procedere, quando multiplicat excrerationes & iuramenta per Deum, & per Sanctos si per eadem re, vel multiplicat scripturas publicas etiam super eadem re: nam in talibus casibus adeit tantum vnum peccatum mortale & illa circumstantia diuersorum iuramentorum, & scriptura-

rum non est in confessione explicanda; sed fatis est, vt dicat penitentis: Transgressus sum iuramentum, & non adimplevi quandam obligationem. Quæ omnia pro praxi sunt valde notanda.

RESOL. CLI.

An Clericus, vel sacris Ordinibus initiatu, vel Religiosus, qui in ludo taxillorum, & alearum fraudant aliquem in magna quantitate, scilicet faciat diuina in confessione se proximum in quantitate notabilis fraudasse, an vero teneatur circumstantiam infra mentis, & medij aperire, afferendo illam fraudem scilicet in ludo taxillorum, seu alearum?

Et deducitur dictos Clericos, & Religiosos, scilicet scandalo, etiam si frequenter ludant non peccare mortaliter. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 21.

§. 1. *E*sle prædictam circumstantiam aperiendam putant omnes, qui afferunt, supradicto peccare mortaliter, si frequenter vacent his ludis. Et ita docent Rebelloius, & Leffius apud Megala, vbi infra, quibus ego addo Salam *tr. de Ludo, dub. 24. num. 2. & seq.* Squillante de obligat. Cler. par. 2. dub. 3. n. 46. Toletum *lib. 5. cap. 27. n. 46.* Homobonum ex exam. Eccl. part. 2. tr. 9. c. 24. q. 74. Molochium *sum. tom. 2. tract. 1. 2. c. 21. n. 41. & 88. Fillium n. tr. 37. c. 4. n. 59 & alios.*

2. His tamen non obstantibus, noster Megala in 1. part. lib. 5. cap. 14. num. 8. docet, dictam circumstantiam non esse in confessione aperiendam: qui putat, dictos Clericos, & Religiosos, lechus scandalo, etiam si frequenter ludant, non peccare mortaliter: & conatur respondere ad sacros Canones, vbi tales ludi Clericis prohibiti iniunguntur. An vero haec sententia sit probabilis, Viri docti, illum legendi, iudicent.

RESOL. CLII.

Vtrum, si qui fuerit propter fornicationem, tenetur hanc circumstantiam finis explicare in confessione, vel sufficiat dicere, furatus sum; & postea per alium actum dicere, habui intentionem fornicandi? Et notatur, quod circumstantia finis tunc explicanda est, quando qui peccando intendit finem aliquam, qui continet malitiam mortalem; unde si quis confessus est propter inanem gloriam, & in circumstantia mali finis, id est vana gloria, non erit necessarium in confessione aperienda.

Etiamque aduerterit, quod si quis in die festo proprium studium omittet Sacrum, non est necessarium in tali casu confiteri circumstantiam studij. Ex part. 1. tract. 7. Ref. 23.

§. 1. *N*egativè respondet Syluester verb. Conf. sio, 1. part. q. 10. & ex necotieris Ioan. de la Cruz in direct. conf. part. 2. tract. de Sacrum. Panit. quæst. 3. dub. 6. concl. 1. Megala in 1. part. lib. 5. cap. 10. num. 2. cap. 15. n. 6. Nvgnus in adiut. ad 3. p. quæst. 9. artie. 2. dub. 3. & alij.

2. Sed mihi contraria sententia videatur probabilius. Dico igitur, verum esse, circumstantiam finis esse explicandam in confessione, vt in exemplo apposito, quando quis furatur propter inachiam. Et itadocent Bonacina de Saur. diff. 5. q. 5. sect. 2. p. 2. diff. 3. n. 1. 5. Fagundez *Præc. 2. lib. 4. c. 5. n. 10.* H. Riquelme *lib. 2. c. 6. n. 3.* Suarez in 3. p. 10. 4. diff. 22. lib. 4. in circumstantia, Car. Reginaldus tom. 1. lib. 6. n. 7. 127. & alij communiter.

Sed

De Circumst. aggrau. Ref. CLIII. &c. 417

3. Sed, licet hoc, ut dixi, verum sit: puto tamen, in simili casu contra Nugnum, & alios, sufficere, si penitens dicat: Furatus sum, & postea subiungat: Habui intentionem mœchandi. Et ita docet Angelus verb. interrogatio, s. 6. Nauarri in Manc. 6.n.2. & ex Neotericis Petrus Fay in addit. ad 3. part. quæst. 9. artic. 2. distinçt. 1. Quia, ut ait ipse, malitia, qua in furto defumitur à mœchia, ad quam ordinatur, non est alia ab ea, quæ reperitur in intentione mœchie: similiter malitia fortí, quæ reperitur in intentione mœchie, non est diueria à malitia ipsius fortí secundum se: ergo, qui confitetur furturn, & mœchiam, etiam si non explicet, se ordinasse vnum ad aliud, sufficenter explicat suum statum: ergo ad aliud non tenetur.

4. Notandum est etiam cum Coninch de Sacramentis dispiuit, 7. dub. 4. num. 2.4. & aliis ubi supræ, quod circumstantia finis tunc est explicanda, quando quis peccando intendit finem aliquem, qui continet malitiam mortalem. Vnde recte notauit Petigianus in 4. sent. tom. 2. dist. 17. q. 9. vñic. art. 5. in circumstantia, Cur, quod si quis est confusus propter inanem gloriam; haec circumstantia mali finis, id est vanæ gloriæ, non erit necessarij in confessione aperienda: quia in tali causa circumstantia mali finis non continet maliitiam mortalem ergo non est confusa.

5. Nota secundum, quod si quis in die festo proper studium omittet Sacrum, non est necessarium in tali calu confiteri circumstantiam studij, propter quod omnissum fuit sed tantum omnissionem Sacri: quia talis circumstantia, nec in fe male est, nec muta species peccati, nec illede notabiliter aggravat: ergo, &c. Erta docet Salas in part. 2. tractat. 13. disputatione secunda, secc. 7. & 8. Vasquez etiam in part. 2. disput. 93. cap. 3. Henriquez lib. 2. cap. 5. num. 7. & in Glossa, lit. C. cum aliis.

RESOL. CLIII.

An qui furatur rem Sacram ex loco Sacro, teneatur in confessione viramque circumstantiam explicare; vel satisficiat dicendo, commisi furium sacrilegum, vel furatus sum rem Sacram? Ex part. 8. tractat. 7. & Misc. Resol. 76.

S. I. **N**egatio è respondet Fagundez de precept. Eccles. part. 2. lib. 4. cap. 5. num. 21. Nam licet ex duplice capite futrum reddatur sacrilegum, vel quia surripitur res Sacra, vel quia surripitur de loco Sacro, etiam si sit res non Sacra. Inter quae duo non est distin^ctionem specificam, nec differentiam notabilem explicandam in confessione: sed etiam si quis furatus sit rem Sacram de loco Sacro, fatisfacere dicendo; Commisi futrum sacrilegium, vel furatus sum rem Sacram. Tamen D. Thomas 2. 2. questione 99. articul. 3. aliquid communiter, distinguunt specie sacrilegum erga rem Sacram, ac erga locum Sacrum, sicut & erga personam Sacram. Vide rectè aduentu Eminent. de Lugo dispu. sexta, num. 471, debete eam differentiam, & vtramque circumstantiam, quando simul fuerit, explicari. Et idem etiam docet non solum Raphaël Aversa de Sacram. Parii, que f. 10 sect. 11.

RESOL. CLIV.

*Quidam latro furatur crumenam diuitis in Ecclesia,
Queritur, an hoc peccatum prater malitiam furti,
comineat etiam malitiam sacrilegij necessario in
confessione aperiendam?*

Et an furari ex Ecclesia ea, que sub iure, & quasi potestate Ecclesie, verbi gratia, quia illi sunt traditi ad custodiendum, vel in pignus data, vel alio simili modo in Ecclesia deposita, ut furari tapeta, tabellas, cortinai, vel sellas, que erant accommodatae à Sacrifice pro ornamento aliquo. Emissitatis in Ecclesia sicut sacrilegium; & securis vero si quis deferat sellam, tapetam, vel baldachinum, vel quid huiusmodi in Ecclesiam, pro sua commoditate, vel ornamento se faciunt Principes, Officiales, Nobiles, &c?

Et breuissime notatur non committere sacrilegium, qui furatur à Clerico aliquidire Ecclesiastico possedit.

Ex part. 1. tr. 7. Ref. 27.

Ex parte F. C. R. C. L. 27.

§. I. C Ententia affirmati.

S. I. **S**ententia affirmativa absolute, sine villa distinctione, de qua nos inferius, placuit Paullo de Layman, in *Theolog. moral.*, lib. 4. tractat. 10. cap. 7. num. 18. & Francilico Suarez de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 7. ubi ex communī sententiā afferit, furtum in loco Sacro sacrilegum esse. Probatur ex verbis Ioannis Papæ, in cap. *Quisquis.* 17. quest. 4. quæ sunt ista: [Sacrilegium committitur, auferendum sacram de sacro, vel non sacram de falso, cur sup hoc legi sup doctrinā. s. Item Ref. 18. & doctrinā, & consequentiā. Refol. 89. & aliam Ref. & S. carum autor.

S. I. **E**ntentia affirmativa absolutè, sine villa distinctione, de qua nos inferiori, placuit Paullo de Layman, in *Theolog. moral.* lib. 4. tractat. 10. cap. 7. num. 18. & Francilico Suarez de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 7. vbi ex communī sententia affirmit, furtum in loco Sacro sacrilegum esse. Probatur ex verbis Iannitis Papæ, in cap. *Quisquis.* 17. quest. 4. quæ sunt ista: [Sacrilegium constituirit, auferendum sacram de facro, vel non sacram de facro, aut facrum de non facro.] Vbi clare demonstratur, simpliciter, & sine villa limitatione esse speciem sacrilegij, furari non sacram de facro, & vbi lex non distinguunt, nec nos distinguere debemus: *I. de presorio,* ff. de Publican, nisi vel alia lex obliget, vel ratio cogat, quando alias sequeretur absurdum quorem nihil in nostro casu interuenit; & sic hanc sententiam sequitur etiam Raphaël de la Torre in 2. 2. tom. 2. quest. 99. art. 2. diff. 7. & Rebello part. 1. lib. 3. q. 15. n. 5. 2. c. 5. Reginaldo tom. 4. lib. 23. c. 1. n. 12. & Melnochio de arbitriis, lib. 2. cent. 4. ces. 789. n. 14. & Pedro de Ledesma in *fusca.* tom. 1. tract. de Penit. cap. 1. fol. mibi - 8. col.

19*fol. min. 528 col. 2.*
2. Pro decipline huius questionis, oportet distinguere duos modos, quibus potest res non sacrata in Ecclesia esse. Primo, quia est sub iure, & quasi potest esse Ecclesiae, verbi gratia, quia est illi tradita ad custodiendum, vel in pignus data, vel alio simili modo in Ecclesia deposita. Secundo, potest res aliqua profana per accidentem esse in Ecclesia; vel, quia ibi est persona, qua illam secum desert; vel, quia casu ibi relata est. Hoc supposito.

3. Astero contra Suarez, in priori casu sacrilegium esse furari bona in Ecclesia; non autem in posteriori casu: vi: quando latro, verbi gratia, furatur crumenam dicitur. Et ratio est: quia bona illa, quasi per accidēt, sum in Ecclesia: ergo non irrogatur specialis iniuria ipsi Ecclesiæ, etiamque inde quis careatur; & alias tale furtum non est specialiter prohibitum ab Ecclesia in honorem templi: vnde non habet malitiam sacrilegij lethalem: & ex hoc non est necessarium aperienda haec circumstantia in Confessione. Hanc intentiam tenet Sotus in 4. dist. 18. quest. 2. art. 4. Ioan. de la Cruz in direct. conf. pari. 2. art. 1. de Sacra Pœnit. quest. 3. dub. 6. conclusi. F. Gaudens. Praepro. 2. lib. 4. cap. 4. num. 9. & 12. Henrquez lib. 2. cap. 6. num. 5. in Glossa, liti. N. & ego praticè probabile iudico, sicut etiam probabilis vita est Raphaëli de la Torre vbi supradic. & Lessio lib. 2. c. 4. subl. 3. num. 14. vbi sibi at: [Furtum in loco sacro, & quidem si alysi, & securitas causa res ibi sit deposita, ut reverentia loci tutu sit ob circumstantiam sacri faci dicit militiam sacrilegij mortiferam: si autem eam ob causam ibi deposita non sit, probabile est rationem sacrilegij mortiferam non esse; quia res in custodia loci sacri non erat coneredita, sed per accidēt ibi posita. Quare non confundetur loco per tale furtum major iniuria irrogari, quam per confabulationes